



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||**

**Erasmus, Desiderius**

**Basileae, 1518**

**VD16 E 3644**

Ammiani Marcellini Rervm Gestarvm Liber Sextvsdecimvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14277**

Fabius Allobrox. ad ultimum per Fabium Maximū domitæ: cui negocij plenus effectus, asperio re Allobrogum gente deuicta, hoc indidit cognomentum. nam omnes Gallia nisi quæ paludibus inuicta fuere, Salustio docetur autore. post decennalis belli mutuas dades perpeffas, societatiq; nostræ foederibus iunxit æternis. Euectus sum longius, sed remeabo tandem ad cœpta. Domitiano crudeli consumpto Musonianus successor, Oriente pratoriam regebat potestatem, præfecti facundia sermonis utriusq; clarus, unde sublimius quàm sperabatur duxit. Constantinus enim cum limatius superstitionum quæreret sectas Manicheorum & similia, nec interpres inueniretur idoneus, hunc sibi commendatum ut sufficientem elegit, quem officio functum perite Musoniam uoluit appellari artē. Strategium ducatum, & ex eo percursis honorū gradibus multis, ascendit ad præfecturam prudens aliās, tolerabilis prouincijs, & mitis & blandus, & ex qualibet occasione, maximèq; ex controuersijs litibus, quod nefandum est, & in totum lucrandi auaritia sordescens, ut inter alia multa euidenter apparuit in quæstionibus agitatæ super morte Theophili Syriæ consularis, ob prodicionem Cæsaris Galli impetu promiscue discerpti, ubi damnatis pauperibus, quos cum hæc agerentur peragere cōstabat fuisse autores diri facinoris, exutis patrimonijs absoluti sunt diuites. Huc Prosper adequitabat pro magistro equitum agente, tū etiam in Gallijs militem regens abiecte ignauius, & ut ait Comicus, arte despecta furtorū rapiens propalam, quis concordantibus mutuāq; cōmercia uicissim sibi conciliando locupletatis Persicis, duces uicini fluminibus rege in ultimis terrarū suarū terminis occupato, per prædatorios globos nostri uexabant, Nunc Armeniam, aliquot Mesopotamiā confidentius incurstantes, Romanis ductoribus ad colligendas obeuntium exuuias occupatis.

Strategius ducatus.

In totū lucrandi auaritia sordescens.

Prædatorij globi.

## AMMIANI MARCELLINI RERVM GESTARVM LIBER SEXTVS DECIMVS.



**H**AEC per orbem Romanū fatorum ordine cōtexto uersante, Cæsar apud Viennam in collegium factorum à consule octies Augusto adscitus, urgente gemino usgore pugnarum fragores, cædesq; barbaricas sonabat, colligere prouinciæ fragmenta iam parans se, affluit face tandem secunda. Quia igitur res magna, quas per Gallias uirtute, felicitatēq; correxit multisq; ueterū factis fortibus præstāt, singula serie progrediēte mōstrabo, instrumēta omnia mediocris ingenij, si suffecerint cōmotur<sup>9</sup>. Quicqd aut narrabit quod nō falsitas arguta cōcinnat, sed fides integra rerū absoluit, documētis euidentibus sulta, ad laudatiuā penē materiā pertinebit. Videat em̄ lex quædā uitæ melioris hunc iuuenē à mobilibus cunis aduscq; spiritū comitata supremū, nanq; incrementis uelocibus ita domi



domi, forisq; conluxit, ut prudentia Vespasiani filius Titus alter aestimaretur, bellorū gloriosis cursibus Traiani simillimus, clemens ut Antonius, recta, perfecta; q; rationis indagine cōgruens Marco, ad cuius æmulationem actus effinebat & mores; & quoniā, ut Tulliana docet autoritas, omnium magnarū artium si cut arborū altitudo nos delectat, radices, stirpesq; nō item: sic præclaræ huius in dolis rudimenta tunc multis obnubilantibus tegebantur, quæ anteferri gestis eius postea multis & miris hac ratione deberēt, quod adolescens primæuus ut Erecteus in secessu Mineruæ nutritus, ex Academiæ quietis umbraculis non e militari tabernaculo in puluerem artium tractus, strata Germania, pacatisq; rī gentis Rheni meatibus cruenta spirantium regum hic sanguinū fudit: alibi manibus catenas affixit. Agens itaq; negociosam hyemem apud oppidum ante dictum inter rumores qui uolabant adsidui, comperit Augustuduni ciuitatis antiquæ muros spacioli quidem ambitus, sed carie uetustatis inualidos, Barbarorum impetu repentino infessos, torrente præsentium militum manu, ueteranos concursatione perugili defendisse, ut solet, abrupta sæpe discrimina salutis ultima desperatio propulsare. Nihil itaq; remittentibus curis ancillari adulatione posthabita, quæ eum proximam ad amœnitatem flectebant & luxum, satis omnibus comparatis. VIII. Cal. Iul. Augustudunū peruenit, uelut dux diuturnus uiribus eminens & consilij, per diuersa palantes Barbaros ubi dedisset forocopiam aggressurus. Habita itaq; deliberatione, adsistentibus locorum peritis quodnam iter eligeretur, ut tutum multa ulro citroq; dicebatur, paludem per arborosam quibusdam de lacu & corbitis iri debere firmantibus. sed cum subsererent quidam, Siluanū pauloante magistrum peditum, per compediōsas uias uerum suspectas, qui ante in umbris multis umbrantur, cum VIII auxiliarium milibus ægre transisse: Fidentius Cæsar audaciam uiri fortis imitari magnopere nitebatur cunctis uiribus. Et ne qua interueniret mora, adhibitis cataphractarijs solis, & balistarijs parum ad tuendum rectorē idoneis, percurso eodem itinere ad arua Succorū peruenit: ubi breui, sicut solebat, ocio cum milite recreatus, ad Tricastinos tendebat: & Barbaros in se cateruatim ruentes, partim cum timeret ut ampliores confertis lateribus obseruabat, alios occupatis habilibus locis decursu facile præteriens, nonnullos pauore traditos cepit, residuos in curā celeritatis omne quod poterant conferētes, qui sequi nō ualebāt grauitate præpeditos armorum, innocuos abire perpeffus est. Proinde certiori iam spe ad resistendum ingruentibus confirmatus, per multa discrimina uenerat Tricastum adeo insperatum, ut eo portas penē pulsante, diffusæ multitudinis Barbaræ metu aditus urbis non sine anxia panderetur ambage, & paulisper moratus dum fatigato consulit militi, ciuitatem Remos nihil prolatandum existimans petit ubi in unum congregatum exercitum Vesunti iusserat operiri præsentiam suam, cui præsidebat Vrsicini successor Marcellus, & ipse Vrsicinus adusq; expeditionis finem agere præceptus isdem in locis. Post uariatas itaq; sententias plures cum placuisset, per x pagos Alemāniam adgredi plebem densatis agminibus tendebat illuc solito alacrior miles: & quia dies humectus, & decolor uel conti-

ff guum

Clemens ut Antonius.

Altitudo rerum nos delectat: Rudimenta obnubilantibus.

Carie uetustatis muri inualidi.

Salutis ultima desperatio propulsare discrimina.

Cataphractarij, Balistarij.

Dies humectus & decolor.

Ancillarum adulatione.



guum excipiebat aspectum, iuuantem locorum gnaritate hostes tramite obliquo  
 discursos post Caesaris terga, legiones duas arma cogentes adorti penè deles-  
 sent, ni subito concitus clamor sociorum<sup>auxilio coëgisset.</sup> Hinc & deinde, nec ita  
 Cōstator bo- nera, nec flumina transire posse sine insidijs putās. Erat prouidus, & conctator  
 num in ma- præcipuum bonum in magnis ductoribus, opem ferre solet exercitibus, & salu-  
 gnis ductori- tem. Audiens itaq; Argētoratum, Brotomagum, Tarbellos, Sebusianos, & Ne-  
 bus. metes, & Vangionas, & Maguntiacum ciuitates Barbaros possidentes territo-  
 ria eorum habitare, nam ipsa oppida, ut circūdata retibus busta declinant, pri-  
 Brotomagū, mam omnium Brotomagum occupauit, eiq; iam aduentanti Germanorum  
 pugnam intentās occurrit. Cumq; in bicornem figuram acie diuisa conlato pe-  
 de res agi cœpisset: exitioq; hostes urgerentur ancipiti, captis nonnullis, alijs in  
 Agrippina ipso prælij furore trūcatis, residui discessere celeritatis præsidio tecti. Nullo itaq;  
 delicta. posthac repugnante, ad recuperandam ire placuit Agrippinam ante Caesaris  
 Mosella flu. in Gallias aduētum excisam, per quos tractus nec ciuitas ulla uisitur, nisi quod  
 apud Confluentes locum ita cognominatum, ubi amnis Mosella confunditur  
 Rheno, Rigodolum oppidum est, & una prope ipsam Coloniam turris. Igitur  
 Francorum Agrippinam ingressus, nō ante motus est exinde quā Francorum regibus fu-  
 reges. rore mitescente perterritis, pacem Reipublicæ firmaret interim profuturam, &  
 urbem reciperet munitissimam: quibus uincendi primitijs lætus per Treueros  
 Bellorum in hyematurus, apud Senonas oppidum tunc opportunum abcessit. ubi bellorū  
 undantium moles. inundantium molem humeris suis, quod dicitur, uehens scindebatur in multi-  
 plices curas, ut mulieres, quæ à solitis desciuere præsidijs, reducerentur ad loca  
 suspecta, & cōspiratas gentes in noxam Romani nominis disiectaret, ac præui-  
 deret ne alimenta deessent exercitui per uaria discursuro. Hæc solícite perpetu-  
 Scutarij. sam, hostilis aggreditur multitudo oppidi capiundi spe in maius accensa:  
 Ideo confidentes, quod & nec scutarios adesse, & quod de multis perfugis didi-  
 cerant, ire gentiles per municipia distributos, ut commodius uescerentur. Clau-  
 sa ergo urbe, murorumq; intuta parte firmata, ipse cum armatis die, noctūq; in-  
 ter propugnacula uisebatur, & pinnas, ira exundante substridēs cum erumpere  
 sæpe conatus, paucitate præsentis manus impediretur. Post tricesimum deniq;  
 diem abiere Barbari tristes, inaniter, stulteq; cogitasse ciuitati subsidium mussi-  
 tantes. & quod indignitati rerum est signandum, periclitanti Caesari distulit sup-  
 petias ferre Marcellus, quietem agens in stationibus proximis, cum etiam si ci-  
 uitas absque principe uexaretur, opposita multitudine malis obsidionalibus ex-  
 pediri deberet. Hoc metu solutus efficacissimus Caesar, prouidebat constanti so-  
 licitudine, ut militum diuturno labori quies succederet aliqua, licet breuis, ad re-  
 creandas tamen sufficiens uires, quancq; ultima squalentes inopia, terræ sæpe  
 uastitate exigua quædam uictui congrua adgerebant. Verum hoc diligenti  
 quoq; accurato peruigili adfusa lætiores per prosperū sublato animo exequen-  
 da plurima consurgebant. Primū igitur factūq; difficile temperāciam ipse sibi  
 Adstrictus sumptuarijs Rhethris Lygurgi, id est axonibus Romam translatis, diūq; obseruatas, & sene-  
 legibus. scentes<sup>Rhetre Lygurgi</sup>

Abs au-  
 xilia co-  
 egisset  
 hinc &  
 inde.



scentes paulatim reparauit. sic illa dictator reputans ex prædictis Democriti,  
 quod ambitiosam mensam fortuna, parcam uirtus adponit. Id enim etiam Tu  
 sculanus Cato prudenter definiens, cui Censorij cognomētum castior uita indi  
 dit: Cultus magna, inquit, cura tibi, magna uirtutis incuria. Deniq; cum legeret  
 libellum assidue, quem Constantius ut priuignum ad studium mittens, manu  
 sua conscripserat, prælicenter disponens quid in conuiuio Caesaris impendi de  
 beret, phasianū, & uuluam, & fumen exigi uetuit, & inferri, munificis militis uili  
 & fortuito cibo contentus. Hinc contingebat ut noctes ad officia diuideret tri  
 partita, quietis & publicæ rei, & musarum, quod factitasse Alexādrum legimus  
 Magnum, sed multo hic fortius. Ille nāq; ænea concha supposita, brachio extra  
 cubile protento pilam tenebat argenteam, ut cum neruorum rigorem sopor la  
 xasset infusus, gestaminis lapsi tinnitus abrūperet somnū. Iulianus uero absq;  
 instrumento quoties uoluit euigilauit: & nocte dimidiata semper exurgens, nō  
 è plumis uel stragulis sericis ambiguo fulgore nitētibus, sed ex tapete, & *ἑσπίδα*,  
 quam uulgaris simplicitas Susurnam appellat, occulte Mercurio supplicabat,  
 quem in mundo uelociorem sensum esse, motum mentium suscitantem, theolo  
 gicæ prodidere doctrinæ. Atq; in tanto rerum defectu exploranter ei curabat  
 postquam ut ardua & seria terminata ad procudendum ingenium uertebatur,  
 & incredibile quo quanto ardore rerum principalium notitiam celsam inda  
 gans, & quasi pabula quædam animo ad sublimiora scandenti conquirens, per  
 omnia philosophiæ membra prudenter disputando curabat. Sed tamen cum  
 hæc effecte, plenēq; cōligeret, nec humiliora despexit, poëticam mediocriter, &  
 rhetoricam, ut ostendit orationum, epistolarumq; cum grauitate comitas incor  
 rupta, & nostrarum, externarumq; rerum historiam multiforsem, super his  
 aderat latine quoque disserendi sufficiens sermo. Si itaq; uerum est, quod scri  
 ptores uarij memorant, Cyrum regem, & Simonidem Lyricum, & Hippiam  
 Hellium sophistarum acerrimum ideo conualuisse memoria, quod epotis qui  
 busdam remedijs id impetrarunt, credendū est hunc etiā tum adultum totū me  
 moriæ dolium, si usquam reperiri potuit, exhaustisse. Et hæc quidem pudicitia,  
 uirtutumq; sunt signa nocturna. Diebus uero quæ ornate dixerit, & facete, quæ  
 ut in apparatu uel in ipsis egerit congressibus præliorum, aut in re ciuili magna  
 nimitate correxit, & libertate, suo quæq; loco singula demonstrabuntur. Cum  
 exercere præludia disciplinæ Castrensis philosophus cogere ut princeps, ar  
 temq; modulatus incendenti per Pyrricam concinentibus dissereret fistulis, ait  
 illud prouerbium, Clitellæ boui impositæ sunt. Plane nō est nostrum onus. Pla  
 tonem crebro nominans exclamat, Tu duces, & eius quædam solennia *ἀποσπῆτα*  
 agens, irruit in consistorium ut aurum acciperet. Inter alios quidam ex eorum  
 consortio non, ut moris est, expansa chlamyde, sed utraq; manu cauata susce  
 pit: & Imperator, Rapere, inquit, nō accipere sciunt agentes in rebus. Audito à  
 parentibus uirgines raptas, eum qui uiolarat, cōuictum relegari decreuit. Hisq;  
 indigna pati querentibus, quod non sit morte mulctatus, responderat, Hæc  
 nus incusent iura clementiæ, sed Imperatorem mitissimi animi legibus præsta  
 re ceteris

Tusculanus  
Cato.

Cultus ma  
gna cura tibi  
Magna uir  
tutis incuria.

Alexāder pi  
lam tenebat  
ad somnum  
rumpendū.  
Nocte dimi  
diata surge  
bat Iulianus.  
Mercurio  
supplicabat.

Per omnia  
philosophiæ  
membra cur  
rebat.

Simonides  
Lyricus.

Memoriæ  
dolum ex  
haustit.

Pyrricā disse  
reret.  
Clitellæ boi  
ui impositæ

Impator mi  
tissimus.



re cæteris decet. Egressurum eum ad expeditionem plures interpellant, ut læsi, quos audiendos prouinciarū rectoribus cōmendabat. Et reuersus, quid egerint singuli quærēs, delictorum uindictas genuina lenitudo mitigabat. Ad ultimū exceptis uictorijs, per quas cadentes sæpe incolumi cōtumacia Barbaros fudit, quod profuerit anhelātibus extrema penuria Gallis, hinc maxime claret, quod primitus partes eas ingressus, pro capitulis singulis tributū nomine uicinos quos aureos reperit flagitari, discedens uero septenos tantū munera uniuersa cōplentes, ob quæ tanq̄s solem sibi serenū post squalētes tenebras adfulsisse cum alacritate & tripudijs latabantur. Deniq; id eum ad usq; imperij finē, & uitæ scimus utiliter obseruasse, ne per indulgentias quas appellat, tributariæ rei concederet reliqua. Norat enim hoc facto se aliquid locupletibus additurū, cum constet ubiq; pauperes inter ipsa doctorū exordia soluere uniuersa sine laxamento cōpelli. Inter has tamen regendi, moderandiq; uias, bonis principibus æmulandas barbarica rabies exarserat in maius, ut quæ bestia custodum negligētia raptu uiuere solita, ne his quidē admotis, & appositis ferocioribus abscesserūt, sed crescentes inedia sine respectu salutis armēta uel greges incurfant. Ita enim illi, cunctis quæ diripere cōsumptis, fame urgente tegebant aliquoties prædas. Interdum antequam contingerent, aliquid oppetebant. Hæc per eum annum spe dubia, euentu tamen secundo, per Gallias agebantur. In comitatu uero Augusti circūlatrabat ambitionē inuidia uelut summa mox adeptum decora cultus imperatorij præstruxisse: instabatq; ei strepēs immania Comes Verissimus nomine, arguens coram, quod à gregario ad magnum militiæ culmen euectus. Hoc quoque non contentus, & paruulo cum adpeteret principalem: sed specialiter eum insectabatur Dorus quidam ex medico scutariorū, quem Niceteriorum centurionem sub Magnetio Romæ præfectum retulimus, accusasse Adelphium urbi præfectum ut altiora cœptantem. Cumq; res in inquisitionem ueniret, necessarijsq; negotio tentis, obiectorum probatio speraretur, tanquam per satyram subito cubicularijs suffragātibus, ut loquebatur pertinax rumor, & uinculis sunt exuta: personæ, quæ stringebantur ut consciæ, & Dorus euauit, & Verissimus ilico tacuit, uel auleo deposcito scenæ. Iisdem diebus ad lapforū ore Constantius doctus, obfesso apud Senonas Cæsari auxilium non tulisse, Marcellum eum sacramēto solutum habere iussit in larem: qui tanquam iniuria graui perculsus, quædam in Iulianū moliebatur, auribus Augusti confusus in omnibus patētibus, cubiculi mittitur statim post eum si quid finxerit, cōuicturus. Verum ille hoc nesciens, mox uenit Mediolanum strepens & tumultuans, ut erat uanidicus, & amenti propior, admissus in consistorium Iulianū ut procacem insimulat. Iamq; ad euagandum altius, ualidiores sibi pinnas aptare. Ita enim cum motu quodam corporis loquebatur ingenti. Hoc eo fingente licentius, Enthetius ut postulauit inductus, iussusq; loqui quod uellet, uerecunde & modice docet uelare ueritatem mendacijs. Magistro enim armorum (ut credebatur) cessante cōsulito industria uigili, Cæsarem diu obfessum apud Senonas Barbaros repulisse, apparitoremq; fidum auctori suo, quoad uixerit, fore obligata ceruice sua spondebat.

Solē serenū post squalētes tenebras affulsisse. Indulgētias quas appellant.

A gregario ad magnum culmē euectus.

Pertinax rumor.

Aures Augusti patētes. Vanidicus. Consistoriū.



sua spondebat. Res monuit super hoc eodē Entherio pauca subserere forsitan non credenda, ea re, quod si Numa Pompilius, uel Socrates bona quaedam dicerent de spadone, dictisq; religionum adderent fidem, à ueritate descivisse arguebantur. Sed inter uepres rosæ nascuntur, & inter feras nonnullæ mitescunt.

Inter uepres rosæ.  
Inter feras nonnullæ mitescunt.

De Entherio eunuch.

Itaq; carptim præcipua quæ sunt comperta môstrabo. Natus in Armenia sanguine libero, captusq; à finitimis hostibus, etiam dum paruulus abstractus geminis Romanis mercatoribus uenundatus, ad palatiū Constantini deducitur, ubi paulatim arte, curaq; rationē recte uiuendi, solertiaq; ostendebat literis, quātum tali fortunæ satis esse poterat, eruditus cogitandi, inueniendiq; dubia, & scrupulosa: acumine nimio præstans immensum, quantum memoria uigens benefaciēdi auidus, plenusq; iusti consilij: quem si Cōstans Imperator olim ex adulto spectasset, plurāq; tanquām maturum audiret honesta suadentē, & re-cta, nulla uel uenia certe digna peccasset. Is præpositus cubiculi etiam Iulianū aliquoties corripuit, Asiaticis coalitum moribus, ideóq; leuem. Deniq; digressus ad ocium, adscitusq; postea in palatium, semper sobrius, & in primis consistens: ita fidem, cōtinentiaq; uirtutes coluit amplas, ut nec prodidisse aliquando arcanum, nisi tuendæ causæ alienæ salutis, nec exarsisse cupidine plus habendi arcefferetur ut cæteri. Vnde factum est, ut subinde Romam secedens, ibiq; fixo domicilio cōsenescens, comitem circūferens conscientiam bonam, colatur à cunctis ordinibus, & ametur: cum soleat id genus hominum post partas ex iniquitate diuitias, latebras captare secretas, ut lucifugæ uitantes multitudinis læsæ conspectus. Cui spadonū ueterum hunc comparare debeam, antiquitatem replicando complures inuenire non potui. Fuerunt enim apud ueteres, licet oppido pauci fideles & frugiferi, ob quædā uitia maculosi. inter præcipua enim quæ eorum quisq; studio possederat, uel ingenio, aut rapax, aut feritate contentior fuit, aut propensior ad lædendum, ut Ligendimus nimium blandus, aut potentia fastu superbior: ex omni latere autē ita peritum, neq; negasse me, neq; audisse confiteor atatis nostræ testimonio locupleti cōsilius. Verum si scrupulosus quidam lector antiquitatum, Menophilum Mithridatis Pontici regis eunuchum nobis opponat, hoc monitu recordetur, nihil superiore lætum, præter id solum, quod in supremo discrimine gloriose monstrauit. Ingenti prælio superatus à Romanis & Pompeio rex prædictus, fugiensq; ad regna Colchorū ad uictam filiam nomine Direptim. Nam uexatam asperitate armorū, in castello Sinhorio huic Menophilo cōmissam reliquit: quibus originem omni remediorum solatio plene curatam patri tutissime seruās, cum à Manlio Prisco Imperatoris legato, monumentū quo claudebatur, obsideri cœpisset, defensoresq; deditioem meditantē sentiret, ueritus ne parētis opprobrio puella nubilis captiua superesset, & uiolata: interfecta illa, mox gladium in uiscera sua compegit. Nunc redeam unde diuertī. Superato (ut dixi) Marcello, euersaq; Serdica, unde oriebat, in castris Augusti per simulationem tuendæ maiestatis imperatoris multa & nefanda perpetrabant. Nam si super occentum foricis, uel occultu mustelæ, uel similis signi gratia consuluisset quentq; peritum, aut anile incantamentum

Comitē circūferens conscientiam bonam.

Maculosi.

Menophilus.

Interfecta filia, Mithri. eunuchus se peremit.

Anile incantamentum.

Ff 3 ad leniendum



ad leniendū adhibuisset dolorē, quod medicinā quoq; admittit autoritas eius, unde non poterat opinari delatus, raptusq; in iudiciū pœnaliter interibat. Per id tempus fertur fuisse uirum quendā nomine Danū, quē tergotenus uxor rerū leuium incusarat, certum an incertū reum non libet affirmare, indefensum inde Ruffinus eluserat, quo iudicāte quādā cognita per Gaudentiū agentē in rebus consularem Pannoniæ tunc Africanum, cum retulissent præfectum apparitionis præfecturæ prætorianæ. Dum etiam princeps ob deuotionem bis ut loquebantur, iactantius uersabilem fœminam post nefandum concubitum periculosam in fraudem illexit: suasitq; consarcinatis mendacijs sese maiestatis arcessere maritum insonem, & fingere, quod uelamē purpureum à Diocetiani sepulchro furatus, quibusdam conscijs occultabat. Hisq; ad multorū exitium ita formatis, ipse spe potiorum ad imperatoris peruolat castra, excitaturus calumnias consuetas: rēq; comperta iubetur Mouortius tunc præfectus prætorio, uir sublimis constantiæ, crimē acri inquisitione spectare, iuncto ad audiendi societatem Vrsulo Largitionum comite, fœueritatis itidem non improbandæ. Exaggerato itaque negotio ad arbitrium temporum, cum nihil post tormenta multorum inueniretur, iudicesq; hærentes ambigui, tandē ueritas aspirauit oppressa, & in abrupto necessitatis mulier Rufinum totius machinæ confitetur autorem, nec adulteri fœditate suppressa: statimq; legibus contēptis, multa ultro citroq; discussa. Tandem ordo & iustitia ambo sententia damnauere letali, quo cognito Constantius fremens, & tanquā uindictam salutis suæ lugens extinctum, missis equitibus citis Vrsulum redire ad comitatum minaciter iussit, territis & suppeditis qui prohibebant, perrupit intrepidus, ingressusq; cōsistorium, ore & pectore libero docuit gesta, atque fiducia linguis adulatorum oclusis, & præfectum & se discrimine graui subtraxit. Tunc illud apud Aquitanos euenit, quod latior fama uulgarat. Veterator quidam ad lautum conuiuium rogatus, & nondum qualia sunt in his regionibus, plurima cum uidisset linteorum toralium per duos clauos ita latissimos, ut sibi uicissim arte ministrantium cohærent, mensamq; operimentis paribus tectam, anteriorem chlamydis partem utraq; manu uehens: intrinsecus autem structuram omnem ut amictus adornauerat, principalesq; res patrimonium diues euertit. Malignitate simili quidam agens in rebus in Hispania, ad cœnam itidem inuitatus, cum inferentes uespertina lumina pueros exclamasse audisset, ex usu *uicinate* interpretatum, atrociter deleuit nobilem domum. Hæc ut alia quæ ideo magis, magisq; credebant, quod Constantius impendio timidus esset, semper se ferri sperabat, ut Dionysius tyrannus ille Siciliae, qui ob hoc idem uitium & tonstrices docuit filias, ne cui alieno ora cōmitteret leuiganda: ad eamq; breuem ubi cubitare fœuerat, alta circūdederat fossa, eaq; ponte solubili superstrarat, cuius disiectos asseres & axiculos secum in somnum abiens transferebat, eosdemq; compaginabat lucis initio processurus. Instabant itidem has malorum ciuium buccinas potentes in regia, ea re, ut dum natorum petita bona suis adcorporaret, essetq; materia peruicacitatis eorū late crassandi. Nanq; & documenta liquida prodiderunt,

Verfabilis  
fœmina.  
Consarcina/  
tis mēdacij.

Comes Lar/  
gitionum.

Linguis adu/  
latorum oc/  
clusis.

Linthea tora/  
lia.

Constantius  
impedio ti/  
midus.  
Tonstrices fi/  
liae Dionysij.  
Pons solubi/  
lis.



derunt, proximorum fauces aperuit primus omnium Constantinus, sed eos medullis prouinciarum saginavit Constantius. Sub hoc enim ordine singulorum autores infinita cupidine diuitiarum asserunt sine iustitiæ distinctione, uel recti, inter ordinarios iudices Rufinus primus præfectus prætorio, & inter militares equitum magister Arbetio, præpositusq; cubiculi, & Vrsicinus equestris ordinis præfectus: quæstor & in urbe Anitius, qui in regiam æmulatione posteritate tendens, satiari nunquam potuit cum possessione multo maiore. At Persæ in Oriente per furta & latrocinia potiusquam, ut solebant antea, per concursatorias pugnas hominū prædas agitabant, & pecorum: quis nonnunquam lucrabatur, ut repente aliquoties superati multitudine militum amittebant. Interdum nihil prospicere, prorsus quod poterat rapi, procul mittebant. Musonianus tamen præfectus prætorio, multis (ut ante diximus) bonis artibus eruditus, sed uenalis, & flecti à ueritate pecunia facilis per emissarios quosdam, fallendi, perstringendiq; gnarus, Persarum sciscitabatur consilia, adsumpto in deliberationes huiusmodi Cassioto Mesopotamiæ duce, stipendijs & discrimini- bus indurato diuersis: qui cum fide concinente speculatorum aperte cognosce- rent, Saporem in extremis terræ limitibus Succorum sanguine fuso multiplici ægre propulsare gentes infestas: tamen Saporem ducem parti nostræ conti- guum occultis per ignotos milites tentauere colloquijs, ut si copiam fors dedisset, & suaderet regi per literas pacem tandem aliquando cum principe Romano firmare, ut hoc facto late ad omnes secuturus perduelles aduolaret assiduus. Paruit tamen Sapor, hisq; fretus refert ad regem, quod bellis acerbissimis Constantius implicatus postulat pacem precantium. Dumq; ad Chionias & Eusenos hæc scripta mittuntur, in quorum confinijjs agebat hyemem Sapor, tempus intercessit longum. Hæc dum per eas partes & Gallias pro captu temporum disponuntur, Constantius quidem recluso Iani templo, extractisq; hostibus cunctis, Romam gestiebat uisere, post Maxenti exitium absque nomine & sanguine Romano triumphaturus. Nec enim gentem ullam cientem per se superauit, aut uitam fortitudine suorum comperit ducum, uel addidit quædam imperio, aut usquam in necessitatibus summis primus, uel inter primos est uisus: & ut pompam nimis extentam, rigentiâq; auro uexilla, & pulchritudinem stipatorum ostenderet, agenti tranquillius populo hæc uel simile quicq; uidere, nec sperantium, quam nec optanti, ignorans fortasse quosdam ueterum principum in pace quidem licitoribus fuisse contentos. Vbi uero præliorum ardor nihil perpeti poterat segne, alium anhelanter auido flatu uentorum lenunculo se commississe piscantis, alium ad Deciorum exempla uouisse pro Republica spiritum, alium hostilia castra per semetipsum cum militibus infamis explorasse, diuersos deniq; actibus inclaruisse magnificis, ut gloriosas suas res posteritati celebri memoria comendarêt. Ut igitur multa quæq; consumpta sunt in apparatu regio, pro meritis cuiuslibet munera reddita, secunda Orphiti præfectura transcurso oculo elatus honoribus magnis, stipatusq; agminibus formidandis, tanq; acie ducebatur instructa, omnium oculis in eo contuitu per

Medullis, p/ uinciarum saginavit.

Musonianus bonis artibus eruditus, sed uenalis.

Sapor dux.

Confinijs.

Anhelanter. Lenunculus piscantis.

Elatus honoribus magnis.



tinaci intentis. Cumq; urbi propinquaret, Senatus officia, reuerendasq; patri-  
 tia stirpis effigies ore sereno contemplans, nō ut Cyneas ille Pyrrhi legatus in  
 unum coacta multitudine regum, sed asylum mundi totius adesse æstimabat.  
 Vnde cum se uertisset ad plebem, stupebat qua celeritate omne quod ubiq; est  
 hominū genus confluerit Romam: & tanq̄ Eufratem armorum specie terri-  
 turus, aut Rhenū, altrinsecus præeuntibus signis insidebat aureo solus ipse car-  
 pento fulgenti claritudine lapidum uariorum. Quo micante, lux quædam mi-  
 sceri uidebatur, alternūq; potestatis gressus multiplices alios purpureis sub-  
 tegminibus texti circumdedere dracones: hastarum aureis, gemmatisq; summi-  
 tatibus inligati, hiatu uasto perflatiles, & ideo uelut ira perciti sibilantes, cauda-  
 rumq; uolumina relinquentes ut uiuentum. Et incedebat hincinde ordo gemi-  
 nus armatorum dypeatus, atq; cristatus, corusco lumine radians, nitidis loriceis  
 indutus, sparsiq; cataphracti equites, quos Clibanarios dictitant, personatim  
 thoracum muniti ligaminibus, & lumbis ferro cinctis, ut Praxitelis manu poli-  
 ta crederes simulacra, non uiros, quos laminarum circuli tenues apti corporis lu-  
 sibus ambiebant, per omnia mēbra deducti, ad quoscunq; artus recessim actus  
 comouisset uestitus, congrueret iunctura cohærenter apta sinus per angustos:  
 itaq; faustis uocibus appellari uocum lictorumq; in tonante fragore cohorrui-  
 talem se, tamq; immobilē, qualem in prouincijs suis uisebatur, ostendens. Nam  
 & corpus perhumile curuabat portas ingrediens celsas, & uelut feles munitam  
 & rectam aciem luminum tendens, nec dextra uultum, nec leua flectebat tanq̄  
 figmentum hominis. Nam cum rota concurreret nutans, nec spuens, aut os aut  
 nasum tergens, uel fricans, manu nūe agitans est uisus unq̄. Quæ licet affecta  
 bat, erant tamē hæc & alia quædā in citeriore uita patientiæ nō mediocris indi-  
 cia, ut existimari dabatur, uni illi cōcessa. Quod autem per omne tempus impe-  
 rij, nec in confessum uehiculo quenq; suscepit, nec trabea socium priuatum, ut  
 facere principes cōsueuere, & similia multa, elatus in arduum supercilium tanq̄  
 leges æquissimas obseruauit. Præterea memor ea me retulisse quæ incidissent:  
 proinde Romam ingressus, imperij uirtutumq; omnium larem, cum uenisset  
 ad rostra, perspectissimum prisce potētiae forum, obstupuit: perq; omne latus  
 quo se oculi contulissent, miraculorum densitate præstrictus, adloquutus nobi-  
 litatem in curia, populūq; pro tribunali, in palatium receptus fauore multipli-  
 ci lætitia fruebatur potita: & sæpe cum equestres æderet ludos, dicacitate plebis  
 oblectabatur, nec superbe, nec libertate coalita discissentis, reuerenter modum  
 ipse quoque debitum seruans. Non enim per ciuitates arbitrium suum certa-  
 mina finiri patiebatur: sed, ut mos est, uarijs casibus permittebat. Deinde intra  
 septem montium culmina per accliuitates, planiciemq; posita, urbis membra  
 collustrās & suburbana, quicquid primū id eminere inter alia cuncta spectabat  
 Iouis Tarpei delubra, quantum terrenis diuina præcellunt, lauacra in modum  
 prouinciarū extracta, amphitheatri molem solidatam lapidis Tiburtini com-  
 page, ad cuius summitatem ægre uisio humana conscendit: Pantheon uelut re-  
 gionem teretem tam speciosa celsitudine fornicatā, elatosq; uertices rasili sugge-  
 stu consurgunt

Cyneas sena-  
tum regum.  
Asylum mundi.

Carpentū.  
Pompa Con-  
stantij in in-  
troitu Romæ

Cataphra-  
cti equites.  
Clibanarij.

Nec spuens,  
nec nasum  
tergens.  
In citeriore  
uita.

In palatium  
receptus.

Urbis mem-  
bra collu-  
strat Cōstan-  
tius.  
Amphithea-  
trū ex lapide  
Tiburtino.

Pantheon



sui confurgunt, priorum principum imitamenta portantes, & urbis templum,  
 forumq; pacis, & Pompeij theatrum, & Odeum, & stadium, aliq; inter hæc de  
 cora urbis æternæ. Verum cum ad Traiani forum uenisset, singularē sub omni  
 cælo structuram, ut opinamur, etiam numinū adfensione mirabilem, hærebat  
 attonitus per gigantes contextus circūferens mentem, nec relatu effabiles, nec  
 rursus mortalibus appetendos. Omni itaq; spe huiusmodi quicquid conandi  
 depulsa, Traiani equum solum locatum in atrij medio, qui ipsum principem ue  
 hit, imitari se uelle dicebat, & posse. Cui propè adstans regalis Hormisda, cuius  
 è Perfide discessum supra monstrauius, respondit Augustus Gentili: Ante  
 inquit Imperator stabulum tale condi iubet. O si uales, equus quem fabricare  
 disponis, ita late succedat, ut iste quē uidemus. Is ipse interrogatus, quid de Ro  
 ma sentiret: id tantum sibi placuisse aiebat, quod didicisset ibi quoq; homines  
 mori. Multis igitur cū stupore uisis horrendo Imperatori, fama quæ quæreba  
 tur ut inualida uel magna, quod augens omnia semper se in maius erga hæc ex  
 plicanda, quæ Romæ sunt abolefcit: deliberansq; diu quid ageretur, his adde  
 re statuit ornāmētis, ut in proximo uere erigeret obeliscum, cuius originem, for  
 manq; loco cōdecēti monstrobo. Inter hæc Helenæ sorori Constantini Julia  
 ni coniugi Cæsaris Romani, successionis specie ductæ, regina tunc insidiabatur  
 Eusebia, quod uixerat sterilis, quæsitumq; uenenū bibere per fraudem illexit,  
 ut quotiescūq; concepisset, immaturū abijceret partum. Nam & pridem in Gal  
 lijs cum marem genuisset infantem, hoc perdidit dolo, quo obstetrix corrupta  
 mercede, mox natum præfecto plusq; cōuenerat umbilico necauit: tāta, tamq;  
 diligēs opera nauabatur, ne fortissimi uiri soboles appareret. Cupiēs itaq; Au  
 gustissima omniū sede morari diutius Imperator, ut ocio puriore frueretur, &  
 uoluptate, adfiduis nuncijs terrebaratur, & certis, indicantibus Sueuos Rhetias in  
 cursare quoadusq; Valeriam & Sarmatas, latrocinandi peritissimū genus: supe  
 riorem Mæsiam, & secundā populari Pannoniā: quibus percitus, xxx postq;  
 ingressus est die, IIII Cal. Iunias ab urbe profectus, per Tridentū iter in Illyri  
 cum festinauit. Vnde misso in locū Marcello Seuero, bellorū usu & maturitate  
 firmato, Vrsicinū ad se uenire præcepit. Et ille literis gratanter acceptis, Syrmū  
 uenit, comitatibus socijs: libratiscq; diu super pace consilijs, quā fundari posse cū  
 Persis Musonius retulerat. in Oriente cū magisterij remittitur potestate, profe  
 ctis à consortio nostro ad regēdos milites natu maioribus, adolecentes eum se  
 qui iubentes, quicquid pro Rep. mādauerit impleri. At Cæsar exacta apud Se  
 nonas hyeme, Germanicis undiq; circūfremētibus minis, secūdis omnibus mo  
 tus Remos properauit alacriter: magiscq; lætus quod exercitū regebat Seuerus  
 nec discors, nec arrogans, sed longa militiæ frugalitate compertus, & eum recta  
 præuentē sequuturus, ut ductorem morigerum miles. Parte alia Barbatio post  
 Siluani interitum promptus ad peditum magisteriū ex Italia iussu principis cū  
 xxv millibus armatorum Rauracos uenit. cogitatum est enim, sollicitēq; præ  
 structum, ut sæuientes ultra solitū Alemāni, uagantesq; fusius multitudine ge  
 minata nostrorū forcipis specie trusi in angustias cæderentur. Dum hæc tamen  
 rite disposita

Odeum.  
Traiani forū

Traiani  
equus.

Romæ q; hoies mori.

Obstetrix  
necat infan  
tē præfecto  
umbilico.

Sueui Rhetias  
icursant.

Pannonia  
secunda.



rite disposita celerantur, lati Barbari ad tempestiua furto solertes inter utriusq; exercitus castra occulte transgressi, inuasere Lugdunum incautam: eamq; populatam nisu auido concremassent, ni clausis aditibus reperiunt, quicquid extra oppidum potuit inueniri, uastarunt. Qua clade cognita agili studio Caesar missis cuneis tribus equitum expeditorum & fortium, tria obseruauit itinera, sciens per ea irrupturos proculdubio crassatores, nec quod destinauerat, irritum fuit. Cunctis enim qui per eos tramites exiere truncatis, receptaque praeda omni intacta, hi solum innoxij absoluti sunt, qui per uallum Barbitionis transire securi. Ideo labi permitti, quod Bainobaudes tribunus, & Valentinianus postea Imperator cum equestribus turmis, quas regebant, ad exequendum id ordinati à Cella tribuno Scutariorum, qui Barbitioni sociatus uenerat, ad prociatum iter obseruare sunt ueriti. Vnde redituros didicere Germanos. Quo non contentus magister peditum ignauus, & gloriarum Iuliani peruicax obtreceptor, sciens se id contra utilitatem Romam iuisse. Hoc enim cum argueretur, Cella confessus est relatione fefellisse Constantium, sinxitq; hos eosdem tribunos ad sollicitandos milites quos duxerat, per speciem uenisse negocij publici, qua causa abrogata potestate ad lares redire priuati. His diebus exercituum aduentu perterriti Barbari, qui domicilia fixere trans Rhenum, partim difficiles uias, & suaptim natura diuosas & incommuabiles, claufere solerter arboribus immensi roboris caesis. Alij occupatis insulis sparsi, crebro per flumen Rhenum ululantes & lugubre conuicijs Romanos incessabant, & Caesarem: qui grauiori metu animi percitus, ad corripieudos aliquos, septem à Barbitione petierat naues. Ex his uelut transiturus amnem, ad compaginandos parauerat pontes: quine quid per eum impetraretur, omnes incendit. Doctus deniq; exploratorum delatione recens captorum, aestate iam torrida fluuium uado posse transiri hortatus, auxiliares uelites cum Bainobaude Cornutorum tribuno misit. facinus memorabile iussisset fors patraturos, qui nunc incedendo per breuia aliquoties scutis in modum alueorum suppositis, nando ad insulam uenere propinquam, egressiq; promiscue utile ut muliebri sexus sine aetatis ullo discrimine trucidabantur ut pecudes: nactiq; uacuas lintres, per eas licet uacillantes euecti, huiusmodi loca plurima perurperunt: & ubi satietas cadendi cepit opimitate praedarum onusti, cuius partem ui fluminis amiserunt, rediere omnes incolu mes. Hoc quoque comperto residui Germani, ut infido praesidio insularum relicto, ad ulteriora necessitudines & fruges, opesq; barbaricas contulerunt. Conuersus hinc Iulianus ad reparandas tres tabernas, munimentum ita cognominatum, aut ita dudum obstinatione subuersum hostili, quo aedificato constabat ad intima Galliarum ut consueuerant adire, Germanos arceri. & opus spe celerius consumauit, & uictum defensoribus ibi locandis ex Barbaricis messibus non sine discriminis metu conlectum militis manu condidit in usus anni totius. Nec sanè hoc solo contentus, sibi quoq; xx dierum alimenta parata conlegit. Libentius enim bellatores quaesito dexteris proprijs utebantur admodum indignati, quoniam ex com meatu qui eis recens aduectus est, ideo nihil sumere potuerunt,

Cunei.

Cella tribu/  
nus.Gloriarū Iu/  
liani peruicax  
obtreceptor.Cōuicijs Ro/  
manos inces/  
sebant.  
Ad compa/  
ginādos pō/  
tes.Afs t uirilis  
aut mulie/  
bris sexus.



tuerunt, quod partem eius Barbatio cum transfretis iuxta superbe præsumpsit. Residuum quod superfuit, congestum in acervum excussit, quæ utrum ut uanus gerebat, & demensum mandatū principis confidenter nefandi multi tentabāt, quæ in id temporis latuit. Illud tamen rumore tenus ubiq; iactabatur, quod Iulianus non leuaturus incommoda Galliarum electus est, sed ut possit per bella deleri sæuissima. Rudis etiā tum ut æstimatur, ac ne sonitū quidem duraturus armorū, dum castrorū opera mature consurgit, militisq; pars stationes præterdit agrarias, illa frumenta insidiarū metu conligit, caute multitudo Barbarica rumore nimia uelocitate præuertit, Barbationē cum exercitu quē regebat (ut dictum est) Gallico uallo discretū, impetu repentino aggressa: sequensq; fugientes adusq; Rauracos, & ultra, quoad potuit, rapta sarcinarū & iumentorū cum calo nibus parte maxima, redit ad sua: Et ille tanq; expeditione euentu prospero terminata, milite disperso per stationes hybernas ad Comitātū Imperatoris reuertit, crimē cōpositurus in Cæsare, ut solebat, grauiter semper incessens, quo dispa lato fædo terrore Alemannorū reges Chonodomarius, & Vestralpus, Vrius, quinetiam & Vrsicinus cum Serapione, & Suomario, & Oratorio in unū robore uirium suarū omni lecto belli. Cūq; sederet prope urbem Argentoratū, extrema metuentē, Cæsarem arbitrati retrocessisse, cum ille etiā perficiendi muniti menti studio stringeretur. Exiit autē confidentia caput altius ad tollendū scutarios perfuga, qui cōmissi criminis metuens pœnā, transgressus ad eos post du cis fugati discessum, armatorū XIII millium tantū remansisse cum Iuliano, maior enim numerus eum sequebatur, Barbara feritate certaminū rabiem undiq; cōcitante: cuius adseueratione eadē subinde replicatis ad maiora stimulatū fiducia, missis legatis satis pro imperio Cæsari mandauerūt, ut terris abscederet uirtute sibi quæsitis & ferro, qui ignarus pauēdi, nec ira, nec dolore percussus, sed factu legatos ridens, retentis legatis, adusq; perfectum opus castrorū in eodē gradu constantiæ stetit immobilis. Agitabat autem, miscebatq; omnia, sine modo ubiq; sese diffunditans, & præceps audendi periculosa rex Chonodomarius, ardua subrigēs supercilia, ut sæpe secundis rebus elatus. Nam & Decium Cæsarem superauit æquo Marte congressus, & ciuitates erutas multas uastauit, & opulentas, licentiusq; diu nullo refragrāte Gallias persultauit. Ad cuius roborandā fiducia recens quoq; fuga ducis accessit numero præstantis & uiribus. Alemanni enim scutorū insignia cōtuentes, norāt eos milites permisisse paucis suorū latronibus terrā, quorū metu aliquoties in aliquē gradum conferrent, amissis pluribus abiere dispersi: quas anxie ferebat sollicitus Cæsar, quod trūdēte ipsa necessitate digressus periculis, cū paucis licet fortibus populosis gētibus occurrere cogebatur. Iamq; solis radijs rutilantibus, tubarūq; cōcinente clangore pedestres copiarū lētis incessib<sup>9</sup> educunt, earūq; lateri equestres cōiunctæ sunt turmæ, inter quas Cataphractarij erant, sagittarij formidabile genus armorū. Et cum à loco unde Romana promota sunt signa, adusq; uallum Barbaricū quarta leuca signabat & decima, id est unū & xx millia passuū: utilitati, securitatiq; recte cōsulēs Cæsar, reuocatis præcursoribus iā ante egressis, indictaq; solitis uocibus quiete, cœneatim

Rumore tenus  
ubiq; iactabatur.

Dispalati.

Argentoratū op.

Subrigēs supercilia  
rex Germanus.

Cataphractarij.  
Leucæ



Verba Iulia/  
ni ad milites

Virt<sup>o</sup> debet  
esse cōsulta.

Scrupulof  
tramites.  
Nox senescē  
te luna.

Vexilla uil  
etricia.  
Stridore den  
tium infren/  
dentes.

Salutaris ge  
nius.

Sydere uren  
te brumali.

neatim circūstēs, adloquitur genuina placiditate sermonis. Urget ratio salutis tuendæ cōmunis, ut parcissime dicam, non iacentis animi Cæsarem uos hortari, & orare cōmilitones mei, ut adulta, robustaq; uirtute confisi, cautiorem uiam potius eligamus ad toleranda uel ad depellenda quæ sperantur, præproperam & ancipitem: ut enim in periculis uirtutem impigram esse cōuenit, & audacem, ita res postulat regibilem, & consultam. Quid igitur censeo si arbitrium adfuerit uestrum, iustaq; sustinet indignatio, paucis absoluam. Iam dies in meridiem uergit, lassitudine nos in itineris fatigatos scrupulof tramites excipient, & obscuri, nox senescente luna nullis syderibus adiuuanda, terræ protinus æstu flagrantēs, nullis aquarum subsidijs fultæ: quas si dederit quisq; commode posse transire ruentibus hostium examinibus, post ocium cibiq; refectionem, & potus, quid nos agimus? quin uigore, inedia, siti, laborēq; membris marcentibus occurramus usq;? Ego quoniam negocijs difficillimis sæpe dispositione tempestiua prospexi, & statum nutantium rerum recto consilio in bonam partem accepto, aliquoties diuina remedia repararunt. Hic quæso uallo fossaq; circūdati, diuisis uigilijs quiescamus: somnōq; & uictu congruis potiti pro tempore, pace dei sit dictum, triūphaturas aquilas & uexilla uictoria, primo lucis uoueamus exordio. Nec finiri perpessi, quæ dicebantur, stridore dentium infrendentes, ardoremq; pugnandi hastis inlidendo scuta monstrantes, in hostem se duci iam conspicuum exorabant. Quippe qui dei fauore, fiduciaq; sui, & fortunati rectoris expertis uirtutib<sup>9</sup> freti: atq; ut exitus docuit, salutaris quidā Genius præfens ad dimicandum eos, dum adesse potuit, incitabat. Accessit huic alacritati plenus celsarū potestatu assensus, maximēq; Florenti, præfectiq; prætorio periculose quidem, sed ratione secunda pugnandum esse consentientis, dum instarent Barbari conglobati: qui si destexissent, motū militis in seditiones natiuo calore propensioris ferri nō posse aiebat extortā sibi uictoriā, ut putauit, nō sine ultimorū conatu grauius toleratur. Addiderat autē fiduciā nostris consideratio gemina recordantibus, quod anno nuper emenso Romanis per transrhēnana spatia suis uolitātibus, nec uisus est quisq; laris sui defensor, nec obuius stetit, sed cum eade armorum densa undiq; semitis clausis, sydere urente brumali ægre uiuere Barbari longius amandati, quodq; Imperatore terras eorum ingresso, nec resistere auso, nec apparere, pacem impetrarunt suppliciter obsecrantes. Sed nullus mutatam rationem temporis aduertebat, quod tripartito exitio premebantur. Imperatore urgente per Rhetias Cæsare proximo nusq; elabi permittente finitimis, quos hostes fecere discordia, modo non occipitia conculcantibus. Hinc indeq; cunctorum. Postea uero pace data, discesserat Imperator, & sedata iurgiorum materia, uicinæ gentes iam concordabant, & turpissimi ducis Romani digressus ferociam natura conceptam auxit in maius. Alio itidem modo res est aggrauata Romana ex negotio tali residuo. Fratres uinculo pacis adstricti, quam anno præterito impetrauerant à Constantio, nec tumultuare, nec commoueri sunt ausi. Sed paulo postea uno ex his Gunomado, qui potior erat, fideiq; firmioris, per insidias interempto, omnis populus cum nostris hostibus conspirauit.



cōspirauit: & confestim Vadomarij plebs subinde ut adferebat, agminibus  
 bella cōscientium barbarorum sese coniunxit. Cunctis igitur summis, infimisq; ap-  
 probantibus tunc opportune ingrediendum, nec de rigore animorum quicq;  
 remittentibus, exclamauit subito Signifer: Perge felicissime omnium Cæsar, quod  
 te fortuna prosperior ducit: tandem per te uirtutē & consilia militaria sentimus,  
 præuius ut faustus Antesignanos & fortis experieris. Quid miles sub cōspectu  
 bellicosi ductoris, testisq; indiuidui gerendorū, modo adsit supernum numen,  
 ut rebus efficiet excitatis: His auditis, cum nullæ laxarentur induciæ, permotus  
 exercitus prope collem aduenit, molliter æditum, opertum segetibus iam matu-  
 ris, à supercilijs Rhēni haud longo interuallo distantē, ei cuius summitate specu-  
 latoris hostium tres equites exciti, subito nunciaturi Romanum exercitum ad-  
 uentare, festinarunt ad sua: unus uero pedes, qui sequi non potuit, captus agili-  
 tate nostrorum indicauit, per triduum & trinoctium flumen transisse Germa-  
 nos. Quos cum iam propē densantes semet in cuneos nostrorum conspexere  
 ductores, steterūt uestigijs fixis, antepilanis hastisq; & ordinum primis ueluti  
 insolubili muro fundatis, & pari cautela hostes steterē cunctati. Cumq; ita, ut  
 antedictus docuerat perfuga, equitatum omnem à dextero latere sibi uidissent  
 oppositum, quicquid apud eos per equestres copias præpollebat, in leuo cornu  
 locauere cōfertū. Iisdemq; sparsim pedites miscuere discursatores & leues pro-  
 fecto ratione tuta poscente. Norant enim licet prudentem ex equo bellatorem  
 cum Clibanario nostro congressum, frena retinentē, & scutum hastæ una manu  
 uibrata, tegminibus ferreis abscondito bellatori nocere non posse. Peditē uero  
 inter ipsos discriminum uertices, cum nihil cauere solet præter id quod occurrit  
 humiliter, occulte tentantem latere forato sumentī incautum rectorem præcipi-  
 tem agere leui negotio trucidandum. hoc itaque disposito, dexterum sui latus  
 strinxere clandestinis insidijs & obscuris. Ductabat autem populos omnes pu-  
 gnaces & sauos Chonodomarius & Serapio potestate excelsiore ante alios re-  
 ges. Et Chonodomarius quidem nefarius boni totius incentor, cuius uertici ful-  
 men horrebat, anteibat cornu sinistrum audax & fidus ingenti robore lacerto-  
 rum: ubi ardor prælij sperabatur immanis, equo spumante sublimiore, rectus  
 in iaculum formidandæ uastitatis, armorūq; nitore conspicuus, antea strenuus  
 & miles, & utilis præter cæteros ductor. Latus uero dextrum Serapio agebat  
 etiam dum adultæ lanuginis iuuenis efficacia præcurrens ætatem, Mederici  
 fratris Chonodomarij filius hominis quoad uixerat perfidissimi. Ideo sic ap-  
 pellatus, quod pater sic obsidatus pignore, tentus in Gallijs, doctusq; græca  
 quædam arcana Huno filium suum Agenarichum genitili uocabulo dictita-  
 tum, ad Serapionis transtulit nomen. Hos sequebantur potestate proximi re-  
 ges numero quinque, regalesq; x. & optimatum series magna, armatorū millia  
 xxx & v. ex uarijs nationib; partim mercede, partim uicissitudinis reddendæ  
 quæsitæ. Iamq; toruum concrepantibus Suuerus dux Romanorum aciem diri-  
 gens leuam, cum prope fossas armatorū refertas, bene dispositū erat, ut abditi  
 repente exortū cuncta turbaret. Stetit impauidus, suspectiorq; de obscuris, nec  
 Gg referre

Signifer ex-  
clamans.Supercilia  
Rhēni.Triduum &  
trinoctium.

Clibanarij.

Incentor.

Serapio.

Obsidatus  
pignore.



referre gradum, nec ulterius ire tentauit: quo uiso, animosus cōtra labores maxi-  
 mos Cæsar, ducentis equitibus septus, ut ardor negocij flagitabat, agmina pe-  
 ditum impetu ueloci discurrerent, uerbis hortabatur. Et cum alloqui per iter  
 omnes, nec longitudo spatiorū extenta, nec in unum coactæ multitudinis per-  
 mitteret crebritas, & alioquin uitabat grauioris inuidiæ pondus, ne uideretur id  
 adfectasse quod sibi soli deberi angustijs existimabat, cautior sui hostium tela  
 præteruolans, his & similibus notos pariter & ignotos ad faciendum fortiter ac-  
 cendebat. Aduenit o socij nunc pugnandi iam tempus olim exoptatum mihi  
 uobiscum, quod antehac arcessentes arma inquietis motibus poscebat. Is item  
 cum ad alios postsignanos in acie locatos extrema uenisset: En, inquit, commi-  
 litones diu speratus præsto est dies, compellens nos elotis pristinis maculis Ro-  
 manæ maiestatis reddere proprium decus. Hi sunt Barbari, quos rabies, & im-  
 modicus furor ad perniciem rerum suarum cōggit occurrere nostris uiribus op-  
 primendos. Alios item bellandi usu diutino callentes, aptius ordinans his ex-  
 hortationibus adiuuabat. Exurgamus uiri fortes, propellamus fortitudine con-  
 grua, inlisa nostris partibus probra, quæ cōtemplans Cæsaris nomen cunctan-  
 do suscepi. Quoscunq; autem pugnae signum inconsultæ poscentes, rupturoscq;  
 imperium in inquietis motibus præuideret. Quæso, inquit, ne hostes uertendos  
 in fugam sequentes auidius futuræ uictoriæ gloriam uioletis, neu quis ante ne-  
 cessitatem ultimā cedit. Nam fugituros proculdubio deseram, hostium terga  
 cæsuris adero indiscretus, si hoc pensatione moderata fiat, & cauta. Hæc aliq;  
 in eundem modum sapius replicando maiorem exercitus partem primæ Bar-  
 barorū opposuit fronti, & subito Alemannorū fremitus indignationi mixtus  
 auditus est unanimes cōspiratione uociferantium, relictis equis secum oportere  
 uersari regales, ne si quid contigisset aduersum, deserta miserabili plebe facilem  
 discedendi copiam reperirent. Hoc cōperto, Chonodomarius iumēto ac statim  
 desiluit, & secuti eum residui idem facere nihil morati, nec enim eorū quisq; am-  
 bigebat partem suam fore uictricem. Dato æneatorum cantu solenniter signo  
 ad pugnandum, utrinq; magnis concursum est uiribus populi. præpilabantur  
 missilia, & promentes scuta cōsiderato cursu Germani, telacq; dextris expli-  
 cantes, inuoluere nostrorū equitum turmas fremdentes: horrebat & elucebat ex  
 oculis quidam furor, quos contra pertinax miles scutorum obicibus uertices te-  
 gens, eiectansque gladios uel tela concrispans mortem minantia perterrebat.  
 Cumq; in ipso præliorū articulo eques se fortiter conturbaret, & muniret latera  
 sua, firmiter pedes frontem artissimis conserens parmis, erigebant crassi pulue-  
 ris nubes, uarijcp; fuere discursus, nunc resistentibus, nunc cadentibus nostris, &  
 obnixi genibus quidam Barbari paratissimi bellatores hostem propellere labo-  
 rabant, sed destinatione nimia dexteræ dexteris miscebant, & umbo trudebat  
 umbonem: Cælumq; exultantium cadentiumq; resonabat uocibus magnis, &  
 cum cornu sinistrum altius gradiens, urgentium tot agmina Germanorum ui-  
 nimia propulisset. Itaque in barbaros frementes equites nostri cornu tenentes  
 dextrū, præter spem incondite discesserūt: dumq; primi fugientium postremos  
 impediunt.

Oratio.

Diu spera-  
tus præsto  
est dies.Exurgamus  
uiri fortes.Præliū inter  
Iulianum &  
AlemannosUmbo tru-  
debat um-  
bonem.



impediunt, gremio legionum protecti, fixerunt integrato praelio gradum. hoc autem exinde accidere, ad quod dum ordinum restituitur series, Cataphracti equites uiso rectore suo leuiter uulnerato, & cōsorte quodam per ceruicem equi labentis pondere armorum oppressi, dilapsi t̄p̄ quisq̄ poterat, peditesq̄ calcando cunctant̄, hastati conferti, sibiq̄ uicissim innixi stetissent immobiles. Igitur cum equites nihil prater fugæ circumspēctantes præsidiā, uidisset longius Cæsar, concito equo e osuelut repagulum quoddam cohibuit. Quo agnito, purpureum signum Draconis summitati hastæ longioris aptatum, uelut senectutis Signū Draconis. pendentis exuuias, stetit unius turmæ tribunus, & pallore timoris percussus, ad aciem integrandam recurrit. Vtq̄ in rebus amat fieri dubijs, eosdem lenius increpans Cæsar, Quo, inquit, cedimus uiri fortissimi? an ignoratis fugam, quæ Fuga salutē nuncq̄ reperit. salutem nuncq̄ reperit, irriti conatus stulticiam indicare? redeamus ad nostros, saltem gloriæ futuræ participes, si eos pro repu. dimicantes relinquimus incon-  
sulte. Hæc reuerēter dicendo, reduxit omnes ad munia subeunda, bellandi imitatus ueterem Syllam. Qui contra Archelaum Mithridatis ducem eucta acie Factum Syllæ praelio fatigabatur ardenti, relictus à militibus cunctis, cucurrit in ordinem primum: raptōq̄ & coniecto uexillo in partem hostilem. Ite, dixerat, socij periculorum electi, & scitantibus ubi relictus sum Imperator, respondete nihil fallentes, solus in Boëtia pro omnibus nobis cum dispendio sanguinis sui decernens. In Boëtia relictus sum solus. Proinde Alemanni pulsus disiectisq̄ equitibus nostris, primam aciem peditum incesserunt, eam abiectam resistendi animositate pulsuris. & postquam cominus uentum est, pugnabatur paribus diu motibus. Cornuti enim & brachati usu praeliorum diuturno firmati, eos iam gesta terrentes barritum ciere uel maximum. qui clamor ipso feruore certaminum identidem exoriens, paulatimq̄ Barritum ciere. adolescens ritu extollitur fluctuum, cantibus illisorum iaculorum: deinde stridentium crebritate hincinde cōuolante, puluis æquali motu adsurgens, & aspectum eripiēs, arma armis, corpora corporibus obtrudebant, sed uiolentia. Itaq̄ incompositi Barbari in modum exarsere flammaram, nexa q̄ scutorum Compago scutorum in modum testudinis. compagem, quæ nostros in modum testudinis tuebatur, scindebant ictibus gladio rum adsiduis. Quo cognito, opitulatum conturmalibus suis celeri cursu Bataui uenere cū regibus formidabilis manus, extremæ necessitatis articulo circumuentos: sistebat fors eruptura, cornūq̄ canentibus classicis, adultis uiribus certabat. Verum Alemanni bellum acriter ineuntes, altius anhelabant uelut quodam furoris affectu, opposita omnia deleturi. Spiculo tamen uerutāq̄ Veruta missilia missilia non cessabant, ferratæque arundines fundebantur. quanquā enim cominus mucro Mucro contra mucronē feriebat contra mucronem, & lorice gladijs fundebantur: & uulnerati nondum effuso cruore ad audiendum consurgebant. Pares enim quodammodo cum imparibus, Alemanni robusti, & celsiores milites usu nimio dociles, illi fierent turbidi, hi quieti & cauti, animis isti fidentes, grandissimis illi corporibus freti. Grandissimis corporibus Alemanni freti. Resurgebat tamen aliquoties armorum pondere pulsus loco Romanus, lassatis atq̄ impressis genibus leuum reflectens poplitem. Barbarus subsidebat hostem ultro lacestiens, quod indicium est obstinationis extremæ. Exiliuit itaque  
Gg 2 subito



In modum  
mirmillonis  
operientis.

Semineces.

Trabalia  
tela.

Acumina  
hebescebant

Gurgites  
uerticosi.  
In flumen  
Germani  
iaciuntur.

Decolor  
cruore bar-  
barico flu.

subito ardens optimatum globus, inter quos decernebant & reges: & sequente uulgo ante alios agmina nostrorum interrupit, & iter sibi aperiendo adusque primariorum legem peruenit locatam, in medióque confirmatio castra prætoria, dicitator ubi densior, & ordinibus frequēs miles instar turrium fixa firmitate consistens, prælium maiore spiritu repetiuit, & uulneribus declinandis intentus, seque in modum mirmillonis operientis hostium latera quæ nudabat, ita flagrantior districtis gladijs perforabat. At illi prodidere uitam pro uictoria, contententes tentabant agminis nostri laxare compagem, sed continuata serie peremptorum, quos Romanus iam fidentior strauit. Succedebant Barbari superstites interfectis, auditóque occumbentium gemitu crebro, pauore perfusi torpebant. Felli denique tot erumnis, & ad solam deinceps strenui fugam, per diuersos tramites toto celeritate gradu festinabant, è medijs sauiantis pelagi fluctibus quocumque auerit uentus eijci nauticis imperant uictores, quod maioris spei fuisse fatebitur quilibet. tunc præsens aderat propiciati numinis arbitrium demens & secans terga cadentium miles, cum interdum flexis ensibus ferendi non suppeteret instrumenta, ipsis Barbaris tela eorum uitalibus immergebat, nec quisquam uulnerantium sanguine iram expleuit: nec satiauit cæde multiplici dexteram, uel miseratus supplicante abscessit. Latebant itaque plurimi transfixi letaliter, remedia mortis compendio postulantes: alij semineces labente iam spiritu lucis usuram oculis morientibus inquirebant: quorundam capita discissa trabalibus telis, & pendentia iugulis cohærebant: pars lutosum, & lubricum solum sociorum cruore lapsi, in tectis ferro corporibus aceruis superruentium obruti necabantur. quæ ubi satis euenire persperrime ualidius instante uictoria, acumina densis ictibus hebescebant, splendentesque galeæ sub pedibus uoluebant & scuta. Ultimo denique trudente discrimine Barbaricum elati caduerum aggeris exitus impedirent, ad subsidia fluminis petiuere, quæ sola restabant eorum terga iam perstringentes, & qua cursu sub armis concito fugientes, miles indefessus urgebat: qui clamandi peritia exemisse posse discrimibus arbitrati, animas fluctibus commiserunt. Qua causa celeri corde futura præuidens Cæsar, cum tribunis & ducibus, clamore obiurgatorio prohibebat in hostem auidius sequens nostrorum quisquam se gurgitibus committeret uerticosis. Vnde id obseruatum est, ut marginibus insistentes confoderent telorum uarietate Germanos: quorum si quem morti uelocitas subtraxisset, iacti corporis pondere ad ima fluminis subsidebat: & uelut in quodam theatriali spectaculo auleis miranda monstrantibus, multa licebat iam sine metu uidere: nandi strenuis quosdam nescios adherere, fluitantes alios cum expeditionibus linqueretur, ut stipitis & uelut luétante amnis uiolentia uocari: quosdam fluctibus inuolutos, nonnullos clipeis uectos, præruptas undarum occurrentium moles obliquatis meatibus declinantes, ad ripas ultiores post multa discrimina peruenere: spumans denique cruore barbarico decolor alueus insueta stupebat argumenta. Dum hæc rex Chonodomarius reperta copia discedendi lapsus per funerum strues cum satellitibus paucis celeritate rapida properabat ad castra, quæ propè Tribunus, & con-

cordiam



cordiam munimenta Romana fixit intrepidus, ut accensis nauigijs dudum paratis ad casus ancipites in secretis secessibus emendaret. Et quia non nisi Rheno transito ad tentoria sua poterat prouenire uultum, ne agnosceret operiens, sensim retulit pedem. Cumq; propinquaret iam ripis, lacunam palustribus aquis interfusam circumgrediens, ut transiret, calcata mollitie glutinosa, equo est euolutus: & confestim licet obeso corpore grauior, ad subsidium uicini collis euasit, quem agnitum, nec enim potuit celari, qui fuerat fortunæ prioris magnitudine proditus, statim anhelato cursu cohors cum tribuno secuta armis circumdatum aggerem nemorosum cautius subsidebat perrumpere, uerita ne fraude latenti inter ramorum tenebras exciperetur occultas. Quibus uisis compulsus, ad ultimos metus ultro se dedit, solus egressus: comitesq; duceti numero, & tres amici iunctissimi flagitium arbitrati post regem uiuere, uel pro rege non mori, si ita tulerit casus, tradidere uinciendos. Vtq; natio more sunt Barbari humiles in aduersis, disparesq; in secundis, seruus alienæ uoluntatis trahebatur pallore confusus, claudente noxarum conscientiam lingua immensum quantum ab eo differens, qui posteros lugubresq; terrores cineribus Galliarum insultans, multa minabat & sæua, quibus ita fauore superni numinis terminatis, post exactum iam diem occinente Liticine, reuocatus inuictissimus miles prope supercilia Rheni tendebat, scutorumq; ordine multiplicato uallatus, uictu fruebat & somno. Ceciderunt autem in hac pugna Romani quidem CCXLIII. Rectores uero quatuor: Brinobaudes cornutorum Tribunus adiacet cum ipso, & Innocentius Cataphractorios ducens, & uacans quidē Tribunus, cuius nō suppetit nomen: ex Alemannis uero sex, ex alijs millia corporū sunt inuenta in campo cōstrata, & inestimabiles mortuorum acerui per undas fluminis ferebantur. Tunc Iulianus ut erat fortuna sui spectatior, meritisq; magis quàm imperio potens, Augustus acclamatione concordis totius exercitus appellatus, ut agentes petulantius milites increpabat: id se nec sperare, nec adipisci uelle iurando confirmans, nec ut augere euentus secundos læticia conciliabili contendeat. Chonodomarium iussit offerri: qui primo curuatus, deinde humi suppliciter fusus, gentiliq; pace ueniam poscens, bono animo esse est iussus. Et diebus postea paucis ductus ad Comitatum Imperatoris, missusq; exinde Romam in castris peregrinis, quæ in monte sunt Cælio, morbo ueterni cōsumptus est. His tot ac talibus prospero peractis euentu, in palatii Constantij quidam Iulianum culpantes, ut princeps ipse delectaretur uictoria sine uictore. Non ideo nominabatur, quod uerecunde referens quoties imperaret, superatos indicabat sæpe Germanos. Inter quæ exaggerationē inanium laudum, ostentationemq; aperte lucentium inflabant ex usu, Imperatorem suoapte ingenio nimium quicquid per omnem terræ ambitum agebatur felicibus auspicijs designantes, prosperaque fortuna. Quocirca magniloquentia elatus adulatorum, tunc & deinde edictis propositis adroganter satis multa mentiebatur, se solum cum gestis non adfuisse, & dimicasse & uicisse, & supplices reges gentium erexisse aliquoties scribens, & si uerbi gratia, eo agente tunc in Italia dux quidam egisset fortiter cōtra Persas, nulla

Transito  
Rheno.

Barbari hu/  
miles in ad/  
uersis: dispa/  
res in secun/  
dis.

Occinente  
Liticine.

Numerus  
caforum.

Iulianus  
Augustus  
appellat.

Morbo ue/  
terni con/  
sumptus rex  
barbarus.

Imp. suoapte  
ingenio ni/  
mius.  
Magnilo/  
quentia adu/  
latorum.



Laureata  
litera.

Disparatus  
mansione  
quadrage-  
sima.

eius mentione per textum longissimum facta, laureatas literas ad provinciarum signa mittebat, se inter primores uersatum cum odiosa sui iactatione significans. Extant denique eius edicta in tabularijs principis publicis condigne scriptis, memoria delata narrandi, extollendique semet in caelum. Argentorato cum pugnaretur mansione quadagesima disparatus, describens praelium, aciem ordinasse, & stetisse inter signiferos, & Barbaros fugasse praecipites, sibi quoque oblatum falso indicat Chonodomarium. pro herum indignitas, super Iuliani gloriosis actibus conticescens, quos sepelierat penitus, ni fama res maximas uel obumbrantibus plurimis silere nesciret.

## AMMIANI MARCELLINI

RERVM GESTARVM LIBER  
DECIMVS SEPTIMVS.

Argentora-  
tensis pugna

Mediomat-  
rici.



Vt prima  
uertiginis  
impetum  
declinaret.

Fumi uo-  
lumina.

ANC rerum quis uarietate iam digessimus, ita conclusam iuuet artius. Rheno post Argentoratensem pugnam ociose fluente, securus sollicitusque, ne dirae uolucres consumerent corpora peremptorum, sine discretione cunctos humari mandauit. Absolutisque legatis, quos ante certamen superba quaedam portasse praediximus, ad tres tabernas reuertit. Vnde cum captiuis omnibus praedam Mediomatricos seruandam, ad reditum usque suum duci praecipit, & penitus ipse Mogontiacum, ut pontem cum pacto transgressus in suis relinqueret Barbaros, cum nullum reliquisset, & in nostris refragante uetabat exercitu, uerum facundia iucunditateque sermonum adlectum, in uoluntate traduxerant suam. Amor enim post documenta flagrantior sequi libenter hortatus est. Omnes operae contumeliam autoritate magnificum ducem plus laboris indicare sibi quam militi, sicut perspicue contigit aduersum. Moxque ad locum praedictum est uentum, flumine pontibus constratis transmissis, occupauere terras hostiles. At Barbari praestrici negotij magnitudine, qui se in tranquillo positos socios, tunc parum inquietare posse sperabant, aliorum exitio quid fortunis suis immineret anxie cogitantes, simulata pacis petitione, ut prima uertiginis impetum declinarent, miserunt legatos cum uerbis compositis, quae denuntiarent concordem foederum firmitatem, incertumque quo consilio stat institutos. Mutata uoluntate per alios cursu celeri uenire compulsos, acerrimum nostris minati sunt bellum, ni eorum regionibus excessissent. Quibus clara fide compertis, Caesar prima noctis quiete nauigijs modicis & uelocibus, octingentos imposuit milites, eorum uiginti sursum uersus decursi egressisque, quicquid inuenire potuerunt ferro uiolarent & flammis, quod ita disposito solis primo exortu, uisis per montium uertices Barbaris, ad celsiora ducebatur alacrior miles. militumque inuentio hoc liquidem opinati discessere coeestim, eminus ingentis fumi uolumina uisabantur